

dico vobis qui credit in me hanc vitam eternam. Ego sum panis vite. patres vestri manducauerunt manna in deserto et mortui sunt. hic est panis de celo descendens. ut si quis ex ipso manducauerit non moriatur. Ego sum panis viuis qui de celo descendi. si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita.

Postilla.

Nemo potest venire ad me. **Jo. vi.** Historia huius euangelii facta est Anno christi. xxxij. xviij. kal. may. feria. iij. luna. xxij. inditione. v. **An** imitium illius euangelii scribit sanctus **Jo.** in eodem ca. qd iudei murmurauerunt de illo verbo qd christus dixit. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. et dicebant. **R**one hic est ihesus filius ioseph cuius nos nouimus patrem et matrem et propter hoc ergo dicit hic. qd de celo descendi. **R**espondit ergo ihesus et dixit eis. **N**olite murmurare inuicem. **N**emo potest venire ad me. **Th.** p fide credendo et amando. nisi pater meus traxerit eum. i. adiuuet eum per gratiam suam. **R**otandum est ergo secundum **Th.** qd pater omnes trahit. quia omnibus offert gratiam. non tamen omnes trahunt vel veniunt ad christum quia et si omnibus offeratur gratia. non tamen eam omnes accipiunt. **E**t ego resuscitabo eum in nouissimo die. **Ly.** qd non est anima ad plenum beata donec fuerit corpori reunita. scriptum est in prophetis. **E**rit omnes docibiles dei. **Th.** i. capaces diuine doctrine. **O**mnis qui audiuit a patre. scilicet diuinas inspirationes percipiendo. et didicit. eas sequendo. venit ad me. p fidem formatam in patri et p gloriam in futura. non quia patrem vidit quisquam nisi is qui est a deo. scilicet filius qui naturaliter procedit a patre. **A**men amen dico vobis. qui credit in me habet vitam eternam **Th.** i. me ipsum qui

sum vita eterna. **E**go sum panis vite quia ille est verus panis qui potest preseruare a morte et dare vitam eternam talis panis est christus. **P**atres vestri manducauerunt manna in deserto et mortui sunt. per. xl. annos. ut habet **Exo. xvi.** **D**eu. viij. et mortui sunt. omnes corporali morte. hic est panis de celo descendens. per incarnationem quem per figurabat manna. ut si quis ex ipso manducauerit. scilicet digne. non morietur. **Th.** in presenti per culpam et in futuro per eternam penam. ego sum panis viuus. i. viuificans comedentem. qui de celo descendi. ut essem panis hominum qui eram panis angelorum. **S**i quis manducauerit ex hoc pane viuus in eternum. **Q**uia iste panis in manducante non couertitur. sed eum in se couertit. secundum quod dictum est beato augustino. **R**ec tu me mutabis in te sicut abum carnis tue. sed tu mutaberis in me. et panis quem ego dabo caro mea est. ipsa enim caro christi et ipse totus christus ibi veraciter continetur secundum deitatem corpus et animam.

In octaua Penthecostes Euangelium secundum **Jo.** in.

In illo tempore. **E**rat homo ex phariseis **Nicodemus** nomine princeps iudeorum. hic venit ad ihesum nocte et dixit ei. **R**abi. **S**cimus quia a deo uisisti magister. **N**emo enim potest hec signa facere que tu facis nisi deus fuerit cum illo. **R**espondit ihesus et dixit ei. **A**men amen dico tibi. **N**isi quis renatus fuerit denuo non potest videre regnum dei. **D**icit ad eum. **R**ecodemus. **Q**uomodo potest homo nasci cum sit senex. **N**unquid potest in ventrem matris sue iterato introire et renasci. **R**espondit ihesus. **A**men amen dico tibi. **N**i si quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei. **Q**uod natum est ex carne